

# ATTI DELLA SANTA SEDE

CONGREGAZIONE PER LE CAUSE DEI SANTI

## **Decreto sulle virtù del Servo di Dio Mario Ciceri, sacerdote diocesano (1900 – 1945)**

(Testo latino e traduzione )

### MEDIOLANENSIS

#### **Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Marii Ciceri Sacerdotis Dioecesiani (1900-1945)**

#### **DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS**

«Scribo vobis, iuvenes, quoniam fortes estis et verbum Dei manet in vobis»  
(1 Io 2, 14).

Apostoli verba patientem ac constantem Servi Dei Marii Ciceri operam bene explicant, quam inter iuvenes suae paroeciae exercuit. Ipse apostolus cum iis iuvenibus fuit et, cum belli causa illi a pago discedere debuerunt, epistulis eos prosecutus est ut eosdem in fide et in spe reficeret confirmaretque.

Servus Dei die 8 mensis Septembris anno 1900 in pago v.d. *Veduggio*, Mediolanensi in provincia, quartus e sex filiis ab Aloisio Ciceri et Columba Vimercati natus est. Sua in familia, in qua etiam tredecim patrum filii numerabantur, Servus Dei a matre valde industriosa ac pia amore, deditone in proximum, labore, spiritu temperantiae et denique maxime oratione institutus est.

Mense Maio anno 1908 Marius ad eucharisticam mensam primitus accessit. Octavum annum agens, parochus desiderium sacerdotalem vitam amplectendi patefecit; familia autem, quamvis modicis facultatibus se sustentaret, huic proposito libenter assensa est. Servus Dei, firma voluntate vocationem assequendi pulsus, plura scholastica beneficia seu stipendia ad studia fovenda meruit, quibus cursum studiorum perficere et deinde seminarium frequentare potuit. Studia sua perrexit apud collegium «Gervasoni» in loco v.d. *Val Negra*, Bergomensis in provincia. Anno 1912 vestem clericalem induit et Seminarium Minus Sancti Petri in civitate v.d. *Seveso* ingressus est.

Per annos quibus in Seminario permansit, operam dedit suae institutioni ac studiis, disciplinam et vitam exemplarem praebens. Gravis, navus, liber, sollers, profundam et benevolam in Superioribus et in sodalibus memoriam sui

reliquit. Incipiente secundo lycaei anno, mense Octobris anno 1918 missus est ad Collegium «Rotondi» in loco v. *Gorla Minore*, ubi munere Praefecti alumnorum functus est. Studia theologica apud Seminarium Maius Mediolanense, non longe ab ecclesia cathedrali situm, perfecit.

Anno 1923 Servus Dei ordines minores accepit, postea et duos primos maiores et denique, die 14 mensis Iunii anno 1924, Mediolanensi in cathedrali, per manus Cardinalis Archiepiscopi Eugenii Tosi presbyteratu auctus est.

Eodem anno coadiutor paroeciae Sancti Antonini Martyris pagi v.d. *Brentana di Sulbiate* nominatus est, ubi generose et fecunde ministerio pastoralis multos per annos functus est.

Servi Dei spiritualitas simplici ac firma fide nitebatur, quae eucharistia et oratione constanter alebatur. Valde devotus Virgini Mariae Servus Dei rosarii precem cotidie persolvebat et in oratorio pagi *Brentana* specum Beatae Virginis Lapurdensis exstruendum curavit, cui commendabat aegrotos et difficiliores casus paroeciae suae, iuvenesque docebat ut fidenter ad caelestis Matris intercessionem confugerent.

Oratorium summa cura rexit et iuvenibus se totum tradidit. Oratorium festivum ac feriale restituit, quod refecit cuiusque sedem auxit. Scholaris Missam instituit, quam ante lectiones mane cotidie celebrabat, scaenicorum quattuor coetus congregavit et cursus musicae et cantus instauravit, quos ipse curabat, cum in componendis modis et in organo modulando musicus egregius esset. Iuvenes maxime quoad spiritualitatem custodivit iisque consuluit ac pro eis conventus et exercitia apparavit, ut ad plenam et consciam electionem christianae vitae unusquisque invitaretur. Nihil praetermisit quin iuvenes, qui a fide discesserint, fidei rursus redirent, dummodo nec inviti nec coacti.

Flagrante bello, suis cum iuvenibus in aciei fronte pugnantibus et epistulis et parvo commentario v.d. *Voce amica* ab eo condito, semper coniunctus fuit. In iuvenes praecipue operam suam summo studio impendit, ut in eis conscientiae rectae ac fortes efformarentur et multas vocationes ad sacerdotium fovit.

Servus Dei in proximos caritatem praestitit, aegrotos sua in opera apostolatus maximi momenti semper duxit, quos creberrime visitabat, eis non tantum fidei solamen, sed etiam materiale auxilium conferens, et, cum opus esset, totam per noctem eis assidebat. Pauperes dilexit, pro quibus omnia a se ipso et sua ex domo summa modestia ac silentio auferebat. In carcere inclusis fraternam sollicitudinem affuit. Magno suo discrimine auxilium tulit militibus errantibus necnon bello oppressis, qui eius merito tuta in refugia se conicere potuerunt.

Die 9 mensis Februarii anno 1945 cum birota a *Verderio*, ubi confessiones audiverat, suam ad paroeciam rediret, impulsus atque prostratus est plaustro, cuius conductor non constitit ad eum auxiliandum. Multis transactis horis, prope discrimen ultimum vitae inventus est. In valetudinarium Vicomercati translatus est, ubi per duos menses dolores et vanas assiduas curationes aequo animo sustinuit.

Servus Dei die 4 mensis Aprilis anno 1945 vitam suam pro belli fine, pro militum reditu et denique pro peccatorum conversione offerens, pie mortuus est. Die 7 mensis Aprilis exsequiae pagi *Brentana* in paroecia magno populi

concurso, etiam proximis ex vicis, celebratae sunt. Omnes, qui ritui interfuerunt, eius zelum pastoralem, prudentem caritatem, ad sacrificium propensionem cotidie cognoverant, praeter ceteros erant iuvenes ex paroecia et ex oratorio, quibus Servus Dei et magister et amicus fuerat.

Servi Dei exuviae in paroeciali ecclesia *Brentanae* hodie coluntur.

Fama sanctitatis perdurante, apud Curiam archiepiscopalem Mediolanensem a die 29 mensis Septembris anno 2003 ad diem 14 mensis Iunii anno 2004 Inquisitio dioecesana celebrata est, cuius iuridica validitas ab hac Congregatione de Causis Sanctorum per Decretum diei 30 mensis Septembris anno 2005 est approbata. Exarata *Positione*, disceptatum est secundum normas canonicas an Servus Dei virtutes heroum in modum exercuisset. Die 24 mensis Novembris anno 2015, positivo cum exitu, Peculiaris Consultorum Theologorum Consilium habitus est. Patres Cardinales et Episcopi Ordinaria in Sessione congregati die 15 mensis Novembris anno 2016, me Angelo Cardinale Amato praesidente, Servum Dei virtutes theologales, cardinales et adnexas exercuisse agnoverunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, iisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Marii Ciceri, Sacerdotis Dioecesani, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 1 mensis Decembris a.D. 2016.

ANGELUS CARD. AMATO, S.D.B.  
*Praefectus*

L. ✠ S.

✠ MARCELLUS BARTOLUCCI  
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

*Nostra traduzione*

## CHIESA DI MILANO

**Beatificazione e Canonizzazione del Servo di Dio Mario Ciceri,  
sacerdote diocesano (1900 – 1945)**

### DECRETO SULLE VIRTÙ

«Ho scritto a voi, giovani, perché siete forti e la parola di Dio rimane in voi» (1Gv 2,14).

Le parole dell'Apostolo illustrano bene l'opera costante e paziente del Servo di Dio Mario Ciceri esercitata tra i giovani della sua parrocchia. Egli per quei ragazzi fu un apostolo e, quando essi dovettero lasciare il paese a causa della guerra, continuò a seguirli per via epistolare in modo da poterli confermare nella fede e rianimarli nella speranza.

Il Servo di Dio nacque l'8 settembre 1900 a Veduggio, in provincia di Milano [ora Monza Brianza, *ndr*], da Luigi Ciceri e Colomba Vimercati, quarto di sei figli. Nella sua famiglia, in cui furono accolti anche i tredici figli dello zio paterno, il Servo di Dio fu educato dalla madre, assai laboriosa e di grande fede, all'amore, all'altruismo, all'impegno, alla sobrietà ed infine soprattutto alla preghiera.

Nel maggio del 1908 Mario si accostò per la prima volta alla mensa eucaristica. Ad otto anni manifestò al parroco il desiderio di abbracciare la vita sacerdotale; e la famiglia, per quanto si mantenesse con entrate economiche modeste, acconsentì volentieri a questa aspirazione. Il Servo di Dio, spinto dalla ferma volontà di seguire la propria vocazione, meritò molte facilitazioni scolastiche e borse di studio, con le quali poté completare la carriera scolastica e quindi frequentare il seminario. Proseguì gli studi presso il Collegio Gervasoni di Valnigra, in provincia di Bergamo. Nel 1912 indossò l'abito talare ed entrò nel Seminario Minore di San Pietro a Seveso.

Durante gli anni che trascorse in Seminario si dedicò alla propria formazione ed agli studi, mostrando una condotta di vita esemplare. Serio, impegnato, sincero, disponibile, lasciò nei superiori e nei compagni un ricordo intenso e affettuoso. All'inizio del secondo anno di liceo, nell'ottobre del 1918, fu mandato al Collegio Rotondi di Gorla Minore, dove assolse all'incarico di Prefetto degli alunni. Completò gli studi teologici presso il Seminario Maggiore di Milano, situato non distante dalla Chiesa Cattedrale.

Nel 1923 il Servo di Dio ricevette gli Ordini Minori, in seguito i primi due Maggiori ed infine, il 14 giugno 1924, fu promosso al Presbiterato per l'imposizione delle mani del Cardinale Arcivescovo Eugenio Tosi nel Duomo di Milano.

Nello stesso anno fu nominato coadiutore della Parrocchia di Sant'Antonino Martire in Brentana di Sulbiate, dove per molti anni svolse il ministero pastorale con generosità e creatività.

La spiritualità del Servo di Dio era sostenuta da una fede semplice e salda, nutrita costantemente dall'Eucaristia e dalla preghiera. Assai devoto alla Vergine Maria, il Servo di Dio recitava quotidianamente il rosario e nell'oratorio di Brentana curò la costruzione di una grotta della Beata Vergine di Lourdes, a cui affidava i malati ed i casi più difficili della sua parrocchia, ed insegnava ai giovani a ricorrere fiduciosamente all'intercessione della celeste Madre.

Guidò con grande premura l'oratorio e si spese totalmente per i giovani. Ripristinò l'oratorio festivo e feriale, e per questo ne ricostruì ed ampliò la sede. Istituì la Messa dello scolaro, che celebrava ogni giorno al mattino prima delle

lezioni, fondò quattro compagnie teatrali ed avviò corsi di musica e di canto, che lui stesso teneva, in quanto era un valente musicista sia nel comporre melodie sia nel suonare l'organo.

Si preoccupò soprattutto della spiritualità dei giovani, dei quali ebbe cura e per i quali preparava incontri ed esercizi spirituali, per spronare ciascuno a scegliere la vita cristiana con piena consapevolezza. Non trascurò nulla affinché i giovani che si erano allontanati dalla fede potessero farvi ritorno, purché non fossero obbligati o costretti.

Durante l'imperversare della guerra rimase sempre unito con i suoi giovani combattenti al fronte attraverso le lettere ed il bollettino «Voce Amica» da lui fondato. Consacrò la propria attività con grande impegno specialmente nei confronti dei giovani, per plasmare in loro delle coscienze rette e salde, e suscitò molte vocazioni al sacerdozio.

Il Servo di Dio esercitò la carità verso il prossimo, nella sua opera di apostolato considerò sempre della massima importanza gli ammalati, che visitava assai di frequente, recando loro non soltanto il conforto della fede ma anche aiuto materiale, e, qualora fosse necessario, restava al loro capezzale per tutta la notte. Predilesse i poveri, per i quali dava tutto di sé e della sua casa nel più discreto riserbo. Fu vicino ai carcerati con fraterna sollecitudine. Con suo grande pericolo portò aiuto a soldati fuggiaschi e vinti, che per merito suo poterono recarsi in rifugi sicuri.

Il 9 febbraio 1945 mentre faceva ritorno in bicicletta alla sua parrocchia da Verderio, dove aveva ascoltato le confessioni, fu investito e gettato a terra da un carretto, il cui conducente non si fermò ad aiutarlo. Trascorse molte ore, fu ritrovato in fin di vita. Fu trasportato all'ospedale di Vimercate dove per due mesi sopportò pazientemente i dolori e le assidue inutili cure.

Il 4 aprile 1945, offrendo la propria vita per la fine della guerra, per il ritorno dei soldati ed infine per la conversione dei peccatori, il Servo di Dio morì sorretto dalla fede. Il 7 aprile furono celebrate le esequie nella parrocchia di Brentana con grande concorso di popolo, giunto anche dai paesi vicini. Tutti coloro che intervennero al rito avevano fatto esperienza ogni giorno del suo zelo pastorale, della carità accorta, della propensione al sacrificio; davanti a tutti gli altri erano i giovani della parrocchia e dell'oratorio, per i quali il Servo di Dio era stato maestro ed amico.

Le spoglie del Servo di Dio oggi si venerano nella chiesa parrocchiale di Brentana.

Perdurando la fama di santità, presso la Curia arcivescovile di Milano dal 29 settembre 2003 al 14 giugno 2004 è stata istruita l'Inchiesta diocesana, la cui validità giuridica è stata confermata da questa Congregazione delle Cause dei Santi con il Decreto del 30 settembre 2005. Redatta la *Positio*, si è valutato secondo le norme canoniche se il Servo di Dio avesse esercitato le virtù in modo eroico. Il 24 novembre 2015 si è tenuta con esito positivo la speciale riunione dei Consultori Teologi. Il 15 novembre 2016 i Cardinali e i Vescovi,

riuniti in Sessione Ordinaria presieduta da me, Cardinale Angelo Amato, hanno riconosciuto che il Servo di Dio ha esercitato le virtù teologali, cardinali ed altre connesse.

Infine, presentata da me, sottoscritto Cardinale Prefetto, un'accurata relazione di tutto ciò al Sommo Pontefice Francesco, Sua Santità, accogliendo le richieste della Congregazione delle Cause dei Santi e ratificandole, oggi ha dichiarato: *Consta nel caso specifico e per il fine per il quale si sta procedendo che le virtù teologali della Fede, della Speranza e della Carità, sia verso Dio sia verso il prossimo, ed altresì le virtù cardinali della Prudenza, della Giustizia, della Temperanza e delle Fortezza, ed altre a loro connesse, sono state esercitate in grado eroico dal Servo di Dio Mario Ciceri, sacerdote diocesano.*

Il Sommo Pontefice inoltre ha dato mandato che questo decreto sia pubblicato e sia registrato negli Atti della Congregazione delle Cause dei Santi.

Roma, 1° dicembre a.D. 2016.

ANGELO CARD. AMATO, S.D.B.  
*Prefetto*

L. ✠ S.

✠ MARCELLO BARTOLUCCI  
Arc. tit. di Bevagna, *Segretario*

---

#### ALTRI DOCUMENTI

- Decreto del Presidente del Governatorato dello Stato della Città del Vaticano: *Trasparenza, vigilanza ed informazione finanziaria* (9 ottobre 2020) in «L'Osservatore Romano», 10 ottobre 2020, pp. 2-4.
- Decreto della Penitenzieria Apostolica: *Le indulgenze plenarie per i defunti estese a tutto il mese di novembre* (22 ottobre 2020) in «L'Osservatore Romano», 23 ottobre 2020, p. 8.
- Congregazione delle Cause dei Santi: *Promulgazione di Decreti* (27 ottobre) in «L'Osservatore Romano», 28 ottobre 2020, p. 8.